Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25973
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Unde quidam interpretes nri quam apls quasi in allegoria nolentes grecum vocabulum ponere circumloquendo interpretari sunt dicentes quasi aliud ex alio significantia. Ut ait augustinus ipsi idest allegorie plures sunt species. in quibus etiam quod dicitur enigma. Diffinitio autem ipsius noris quasi animalis. omnis etiam species complectatur necesse est. ac per hoc sicut omnis equus animal est non autem omne animal equus est. ita omne enigma allegoria est non omnis allegoria enigma est. Quod est allegoria non ipsum ubi ex alio aliud intelligitur. quale illud est ad thessalonicenses. itaque non dormiamus sicut ceteri sed uigilemus et sobrii simus. nam qui dormiunt nocte dormiunt et qui inebriantur nocte ebrii sunt. nos autem qui diei sumus sobrii simus. Sed hec allegoria non est enigma. nam in multum tardum iste sensus in primitiuum est. Enigma autem est aut breuiter explicem obscura allegoria. sicut est sanguisuge tres etiam filie. et cetera quecumque similia. Sed ubi allegoriam noiauit apls non in uerbis eam reperiis. in facto. cum ex duobus filiis abrahe uno de ancilla alto de liba quod non dictum sit. etiam factum fuit duo testamenta intelligenda monstrauit. quam quam exponere obscurum fuit. Unde allegoria tali quod est quasi nomen. posset specialiter enigma noiari. Sed quia non soli qui ea litteras nesciunt qui discunt uerum qui nunquam quod dicerent apls non in enigmate nos uidere uerum etiam qui sciunt tamen quod sit illud enigma ubi non uidemus nosse desiderat. ex utroque una est inuenienda sententia. et ex illo scilicet quod ait uidemus nunc per speculum et ex ipso quod addit in enigmate. Una est enim cum tota sic dicitur uidemus nunc per speculum in enigmate. Unde quantum in uidetur sicut noie speculi imaginem uolunt intelligi. ita noie enigmatis quasi similitudinem tamen obscuram et ad perspiciendum difficile. Cum igitur speculi et enigmatis noie quoque similitudines ab apto significate intelligi possint quasi accomodate sunt ad intelligendum eum in quo potest. nichil tamen accomodatum quod id quod imago eius non fruit dicit.